13.

Extractum ex Actis Consistorialibus Grodnensibus

Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto Die Mercurij Decima Mensis Augusti veteris Styli in Skidel.

Coram Officio Consistorij Generalis Grodnensis Metr. Totius Russiae Actisque praesentibus, comparendo personaliter Casimirus Szczygielski Sacrista Ecclesiae Dzięciolscensis Ritus Graeci cum S. Romana Ecclesia Uniti Literis Missivis et Procuratoria Scheda ab Adm. Rndo Joanne Rytowicz Parocho Dzięciolscensi Delegatus Mandatarius Sanus Mente et Corpore Divina favente gratia existens omnibus melioribus quibus de jure Forma via Stylo potuit ac debuit modis in et Contra Illustrem et Adm. Rndum Woltowicz Parochum Dworzecensem Solenniter imo Solennissime Protestatus et manifestatus est de et Super Eo: Qualiter ipse non attento eo quod mansi Wisznarowszczyzna et Foenisicium Kiciewszczyzna cum omnibus attinentijs et pertinentijs suis ad Fundum Ecclesiae Dzięciolscensis R. G. cum S. Romana Eccla. unit. Spectent, sed motus et concitus Concupiscentia rerum alienarum dictas possessiones sub Die Septima praesentis varijs cum armis, et tumultu multorum ad inferendam moderno manifestanti injuriam variae Conditionis Congregatorum hominum invasisse, ibidemque Foeni Circa Triginta Currus violentissime intercepisse, Comminationes Contra praedictum modernum manifestantem fecisse, e bombardis plumbo onustis in jisdem agris multoties explosisse, eundemque verbis ignominiosis, laesivis diffamatorijs vexasse, Calumniasse praesumpserit, adeoque

Super

Concordat cum Actis
Idem qui supra

Super hisce omnibus præmissis Contra prænominatum Manifestatum iterum atque iterum Solenniter imo Solennissime protestatus et Manifestatus est In Præsentia Mej infra Scripti Notarij et Actuarij.

Ex Actis Actor Consistorij Generalis Grodnens Extractt. Sigillo Illustrissimi Excellmi ac Rvemi Domini Feliciani Philippi Wołodkowicz Archi Epi Metropolitani Kijovien Haliciens Totiusque Russiæ, Protothronij Episcopi Vladimirien Sic Communivi Datt Lwidkiç 2. 7br. V.S. 1766.

Daniel Jo. Poherski Lenkiewicz Consistrij Gnlis Grodnens Notr. Totiq Russiæ Nott.
mppa

Concordari cum Actt Nott.

...ni iso...

...rsleon...

Pre...

D... ientia...

in Actis ... Acto...

Sigillo e Illus.mi ... Tom...

Philippi Ill.mi Halicarno ...

vice ... &c.

Ut ... Cam...